

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

P læbem regenti me thales nileo dat.

Clarum bis hoc qui iam secutus est donum.

P edestris aut oratio sic se habet. Thales exâmyi filius milesius apollini delphi
co græcorû præmiû bis nactus. Qui aut circumtulerat phialam bathyclis filius
therion uocabatur: ut Eleusis ait in libro de Achille: & Alexo Myndus in nono
fabulorum. Eudoxus aut enidius Euantesq; milesius aiunt Crœsum amicum
quendâ aureum poculum a rege accepisse: ut illud sapientissimo græcorû daret:
ipsumq; Thaleti dedisse peruēisseq; ad Chilonē. Ei uero cū a pythio quæreret:
quisnam esset se sapientior: responsum esse mysonē de quo suo loco dicemus.
Hūc Eudoxus p Cleobulo plato p periâdro ponit. de ipso hæc rñdit Apollo.

Te magis esse cano curis illustribus aptum.

Aetheum quendam generatum chene mysonem.

Qui autē pythiū rogauerat: anacharsis fuit Dædachus platōicus & Clearchus
phialam a Cræso ad pittacum missam atq; ita in urbē circulatâ ferunt. Andro-
uero in tripode argiuos ait uirtutis præmiû sapiētissimo græcorû Tripoda con-
stituisse: eūq; Aristodemū spartiatam fuisse iudicatum: quē itē cōcessisse Chilo-
ni meminit aristodemi. Alcaeus quoq; asserēs dictū illud apd' spartiatas celebre:
pecuniæ uir: pauper uero nemo bonus est. plæriq; a periâdro ad Thrasymbulum
milesiorū tyrannū onustâ nauem missam referūt. Ea uero cū circa eorum mare
naufragiū fecisset: inuentū post a piscatoribus tripodē: qui ea uehebat: phano-
dicus circa mare atticū repertū: atq; in urbē delatū scribit: factaq; contione ex de-
creto publico Bianti missum: cām suo loco dicemus: cū de biante dicendū erit.
Alii a Vulcano fabre factū tradunt: ac p munere pelopi a Deo datū: cū ille uxo-
rem duceret: demū ad Menelaum peruenisse: raptūq; cum Helena ab Alexâdro
in eoꝝ mare fuisse iactatū: Alancena rixarū causam fore asserente. post lapsum
tēporis cum quidam illic lebedii ratis iactū mercati essent: tripodâ quoq; fuisse
cōpræhensum: & cū exorto cum piscatoribus iurgio coum ascendissent: nihilq;
proficerent: miletum quæ erat metropolis eam rē detulerunt. Missi a milesiis le-
gati qui eâ rem cōponerent: infecto negotio reuersi sunt. Milesii ut se contēni-
uiderunt: aduersus coos armis decernere pergunt: plurimisq; hinc inde cadenti-
bus: diuino oraculo rñsum ē: sapiētissimo dandū tripodâ. Mox in thalētē utraq;
partes cōsensere: hūc ille postmodū didymæo deuouit apollini. Cois itaq; rñsū
nō añ quieturâ contentionē q̄ aureū tripodâ uulcani opus in mare iactatum ex
urbe educerent: & ad eius uiri domū ferrent: q̄ pntia & pterita & futura noscet.
Non prius ionii meropesq; a marte recedent.

Quam tripos auratus pelagus quem iecit in altum

Mulciber: ex urbe emissus concedat ad ædes.

Mox hominis: cuius sit præsentia noscere promptum

Quæ sint quæ fuerint quæ mox uentura trahantur.

Milesiis ut supra iam diximus rñsum uiro illi dandū qui sapientia primus esset